& commendat eum ſine inuidia, qui hoc agnoſcit. Quia prima virtus veſtra eſt humilitas non affectata. quæ, dum fugit gloriam, quod quidam veſtri ordinis præclare dixit, gloriam meretur. Vt virtutes quoque cæteræ, quæ præter hanc in te elucent, ſine inuidia a nobis commendari poſſint, quia hac potiſſimum excellis. Nam quid dicam pacis ſtudium, & ſingulare & admirandum, cui omnia a te poſtponi non ignorant, qui te mecum æſtimare didicerunt? Quid ingenuam ac nudam probitatem? quid candorem ſine fuco, pietatem ſine ambitione: quæ, cum iſta, affectatio aut ſuperſtitio, non male dicitur? Quid, quæ vos inprimis decet, lenitatem ani-

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT ARCHIV KAMENZ